

In aduisione locus inter utrumque medius collocatur
 Quæro huius qui ex partatione sumuntur multiplici sunt modo
 aliquotiens enim quæ diuiduntur simul esse possunt ut si uocem
 In significationes diuidamus. Omnes simul esse possunt. uelut
 cum dicimus amplectitur aut actionem significat aut passi-
 onem utrumque simul significare potest. Aliquotiens
 uelut In negationis modo quæ diuiduntur simul esse non pos-
 sunt ut aut sanus est aut aeger. fit aut ratio cinatio In priore
 quidem modo diuisionis. dum quia omnibus adest quod
 queritur uel non adest. dum uero idcirco alicui adest uel
 non adest quod alicui adsit aut minime. nec In his expli-
 candis diuisionibus laboramus si priores resolutori uel topica
 diligentius Ingenium lectoris Inseruerint. Nam si
 queratur utrum canis substantia sit atque hæc diuisionis canis
 uel lacrabilis animalis est uel maris belue uel caeles-
 tis sideris nomen demonstrat quæ per
 singula & canem lacrabilem substantiam eest. marinam
 quoque beluam & sidus substantiam posse supponi. monstra-
 ut canem esse substantiam atque hic quidem exipsis
 In questione proposita uidebitur argumenta traxisse
 ac In talibus syllogismis aut sanus est aut aeger. sed
 sanus non est aeger. Igitur est uel ita si aeger est sanus
 Igitur non est uel ita si aeger non est sanus Igitur est